Appendix.

UT ſeries titulorum Juris, alioqui ſatis intricata, memoriæ firmiùs inhæreat, ecce conatum noſtrum pro compendio quodam MNEMONEVTICO per quantitatem obtinendo. Quod ipſum primariò quidem & directè Digeſtis inſervit, quorum libri decadicâ ſerie ſibi reſpondentes ſinguli ſingulis, pauci binis, continentur diſtichis, quæ compoſitis in continuam mappam plagulis, è regione ſibi mutuò reſpondent, & ligatâ clave pro tenendis etiam initialibus, ſub competente librorum numero conſtringuntur: Secundariò tamen & per indirectum ipſi quoq; Codici prodeſt, cognominibus utrobiq; titulis ad ſe mutuò privatâ cujusque operâ facilè relatis.

Huic append. *Arborem* conſanguinitatis quaſi *Corporalem*, cujus initiò mentionem feci, ſubjunxiſſem, ſi typis in plano exprimi commodè potuiſſet. Dabo tamen operam, ut figuram ipſi quodammodo reſpondentem cum tractatu de *Æſtimatione*, ſi deſiderari videbitur, exhibeam.

Interim *Errata*, quæ curis architectonicis, dum typis opuſculum exſcriberetur, me perquàm impedito irrepſerunt, ut Lector benevolus ipſe corrigat, officiosè rogo. Extantiora forſan ſunt, quæ ſequuntur:

Pag. 19. lin. penult. lege *ſolitas*. p. 53. lin. 10. pro juſtus lege *nullus*. pag. 91. lin. 10. pro ſunt lege *ſint*. lin. 13. pro ſervant lege *ſervent*. pag. 105. lin. ult. *poſſideat*. pag. 111. lin. 11. & 12. *poſſeſſuro* ſeu *bonorum poſſeſſori*. pag. 114. lin. 22. pro mobilis leg. *immmobilis*, lin. 23. pro immobilis lege *mobilis*. pag 118. lin 16. pro adeptam lege *adeptus*. pag. 219. lin. 9. propoſitura lege *præpoſitum*. pag. 305. lin. 14. pro quoad, lege *quod*. p. 346. lin. 15. pro mulierem, lege *muliere*. p. 477. lin. 15. pro proficui, lege *proficuum* lin. 21. lege *ſi ſtatuta non perſonas concernunt ſed rem*.

Cæ-